

[p. Arsenii legati ad omnes episcopos Galliae, Germaniae ac Neustriae de Engeltrudis quondam Bosonis comitis mulieris periurio et fuga ep. 'Fraternitatis vestrae'. Baron. Ann. eccl. A. 865 N. 64 ex cod. Trevir.].

q. archiepiscopis et episcopis per Italiam, Germaniam, Neustriam, Gallias constitutis iterum significat, Waldradam excommunicatam esse propterea, quod, non visitata Roma, 'in provinciam, ut principaretur in ea', rediisset: 'Decreveramus quidem'. J. 2808. Baron. Ann. eccl. A. 866 N. 25 ex cod. Trevir.

r. ad archiepiscoporum et episcoporum, qui concilio Sues- sionensi III. interfuerant, synodicam respondens in Hincmarum archiepiscopum Remensem vehementer incurrit: 'Reverentissimum fratrem'. J. 2822. Caraffa III, p. 175.

s. episcopis regni Ludovici Germanici mandat, ne Lambertum, Attonis quondam comitis nunc clericum filium, monachum a Salomone episcopo factum, ut maneat monachus, cogi patiantur: 'Praesens clericus'. J. 2835. Ivonis decr. VI, c. 356.

t. archiepiscopos et episcopos in regno Lotharii regis de excommunicatione Waldradae ex Italia iniussu suo reversae iam tertio certiores facit: 'Optaremus tandem'. J. 2871. Caraffa III, p. 192.

u. archiepiscopos et episcopos in regno Ludovici Germanici regis constitutos hortatur, ne diutius a sese petant, ut Theutgaudus Trevirensis et Guntharius Coloniensis in pristinam dignitatem restituantur; de Lothario rege admonendo addit: 'Gaudemus quidem'. J. 2886. Caraffa III, p. 211.

Eiusdem ad Hincmarum Remensem archiepiscopum epistolae:

a. praecipit (Hincmaro et omnibus episcopis regni Caroli Calvi), ut, quae maritum Bosonem comitem deseruerit, Ingeltrudem, nisi revertatur, excommunicent: 'Canonica auctoritas'. J. 2684. Caraffa III, p. 204.

b. praecipit, ut a sacris abstineat, nisi intra dies triginta Rothadam episcopum Suessionensem restitutum cum calumniatoribus eius Romam miserit: 'Sanctitatem vestram'. J. 2712. Caraffa III, p. 137.

c. rogante Hincmaro synodum Suessionensem II. confirmat primatumque Hincmari corroborat: 'Pastoralis sollicitudinis'. J. 2720. Baron. Ann. eccl. A. 863 N. 24 ex cod. S. Mariae super Minervam in Urbe.

d. Rothadam Romam mitti iam iterum minis usus iubet: 'Beatitudinis tuae'. J. 2721. Caraffa III, p. 135.

e. reprehendit, quod Carolum Calvum regem contra Rotbertum episcopum Cenomannensem monasterium S. Karilefi (Anisolense) sibi vindicantem incitaverit: 'Relatu quorundam'. J. 2746. Baron. Ann. eccl. A. 863 N. 97: 'a Nicolao Fabro accepta'.